

*Havichorst**von Eyben*

LIBER VETVSTVS
DE FEODIS SIVE FEV-
DIS ITEM DE OR-
DINE PLACITATIONIS ET
VRBANO BENEFICIO PER
APHORISMOS DISTINC-
TVS.

APHORISMVS PRIMVS.
Si quis velit instrui in iure bene-
ficiali, hunc libellum respiciat et
eius doctrinam non despiciat.

2.
Primo consideremus quod bene-
ficialis clipeus a rege descendit
et in septimo deficit.

3.
Secundo in tertium descenden-
runt clypeum laicales principes
cum episcoporum fiebant homi-
nes et sextum clypeum transtu-
lerunt in septimum.

AUTOR VETUS
DE BENEFICIIS¹,
diu hactenus desideratus
a Jureconsultis.

§ I.
Si quis velit instrui in jure bene-
ficiali, hunc libellum respiciat, et
ejus doctrinam non despiciat.

2
Primo consideremus, quod bene-
ficialis clypeus a Rege descendit
et in septimo deficit.

3
Secundo in tertium descenden-
runt clypeum laicales Principes,
cum Episcoporum fiebant homi-
nes, et sextum clypeum transtu-
lerunt in septimum.

¹⁾ *Freher*: Habeo librum de beneficiis antiquum ... quem cum primum
otium erit, (Deo juvante) in publicum dabimus. In eo nec semel ,Feudi' vox,
nec ,Feudalis', nec ,infeudati'; semper ,Beneficii', ,Beneficialis', ,inbeneficiati',
ita constanter, ut si vox altera ignota prorsus fuisset.

*Havichorst**von Eyben*

I 4

4.

Clerici et mulieres rusticae et mercatores et iure carentes et in fornicatione natum et omnes qui non sunt ex homine militari ex parte patri eorum et aui iure carent beneficiali.

5

5.

Si quis tamen vni istorum concedit beneficia beneficiorum ab eo solo habebit iura in filios suos, sua non haereditant beneficia nec etiam in alium beneficia sequuntur dominum.

6

6.

A testimonio possunt abiici in iure beneficiali, et a donaeis sententiis quibus de est clypeus regalis sed dominus eorum qui eos inbeneficiavit contradire non poterit eorum testimonium.
Sed se duo dicunt sibi ius vnum scilicet in iure perfectus et praedictorum aliquis in aliquibus bonis iure perfectus procedat in testimonio, in quo et deficiat deficiens in regali clypeo.

7

7.

Homo perfectus in beneficiali iure si a clero vel muliere, aut ab huiusmodi aliquo inbeneficiatur haec beneficia in alium

§ IV.

Clerici et mulieres, rustici et mercatores, et jure carentes², et in fornicatione nati, et omnes qui non sunt ex homine militari, ex parte patris eorum et avi, jure carent beneficiali.

§ V.

Si quis tamen uni istorum concedit beneficia, beneficialia ab eo solus habebit jura, in filios suos autem non hereditabit beneficia, nec etiam in alium beneficia seqvuntur dominum.

§ VI.

A testimonio possunt abjici in jure beneficiali, et a dandis sententiis, quibus deest clypeus legalis, sed dominus eorum, qui eos inbeneficiavit, contradicere non poterit eorum testimonium.
Sed si duo dicunt sibi jus unum, scilicet in jure perfectus; et praedictorum aliquis, in aliquibus bonis³, jure perfectus precedat in testimonio, in quo et deficiat deficiens in legali clypeo.

§ VII.

Homo perfectus in beneficiali jure, si a clero vel muliere, aut ab hujusmodi aliquo inbeneficiatur, hec beneficia in alium

²⁾ Thomasius: ,infames': ,rechtlose'.

³⁾ Thomasius: Haec verba ,in aliq. bon.' debent connecti cum verbis ,jus unum'.

Havichorst

dominum non sequantur, nisi Imperialia sint et ecclesiastica quae vir vel mulier aliqua per electionem suscepint, in his homo beneficiale ius habebit.

8.

Homo domino suo notum faciat iuramento quod sibi adeo fidelis sit et amicus, sicut homo est domino suo debitus, quamdiu homo sicut sit et beneficia ab eo habuerit, quod quamdiu homo non fecerit testis esse non poterit illum in sui dominii iure beneficiali. Exhibeat etiam domino suo debitum honorem et seruitium.

9.

Regis iustum servitium a domino suo sententialiter praeceptum et sex hebdomadis ante diem expeditionis in duorum hominum suorum audientia. seruiat inquam ex iustitia infra terram tuetonicam Romano regno subditam.

10.

Omnis transalaui inbeneficiatum in parte orientali seruant

von Eyben

dominum non sequantur, nisi imperialia sint, et ecclesiastica, que vir vel mulier aliqua per electionem suscepint, in his homo beneficiale jus habebit.

§ IIX.

I 8

Homo domino suo certum faciat juramento, quod sibi adeo fidelis sit et amicus, sicut homo est domino suo debitus, quamdiu homo vivus sit et beneficia ab eo habuerit, quod quando homo non fecerit, testis esse non poterit ille in sui domini jure beneficiali⁴. Exhibeat etiam Domino suo debitum honorem et seruitium.

§ IX.⁵

9

Regis justum servitium, a domino suo sententialiter preceptum sex hebdomadis ante diem expeditionis in duorum hominum suorum audientia, seruiat (inquam) ex iustitia infra terram tuetonicam Romano regno subditam.

§ X.⁶

10

Omnis Trans-Salani inbeneficiati in parte orientali serviant

⁴⁾ *Thomasius*: i. e. in judicio feudali.

⁵⁾ *Freher*: Auctor de Beneficiis: „sententialiter praecipiatur“ d. § 9 et § 56 et § 108... Et indicebatur in duorum hominum sive comparium praesentia, ut d. § 9. *Derselbe*: Idem auctor § 9: „Regis justum servitium a domino suo sententialiter praeceptum, anno et sex hebdomadis ante diem expeditionis in duorum hominum suorum audientia, seruiat (inquam) ex iustitia intra terram Teutonicam, Romano regno subditam“.

⁶⁾ *Freher*: sed tamen cis-Salani praincipue § 10: „Omnis trans-Salani in

Havichorst

in Poloniā, sclauiam et Bohemiam.

I 11

11. Sed hebdomadibus homo seruiat domino suo in domini expensa a servitio sex hebdomadib. qui escat postea.

12

Rex quem eligunt teutonici cum Roma vadit ordinari secum ibunt de iure sex Principes qui primi sunt in eius electione ut pateat apostolico regis iusta electio.

13

Ibunt illuc et alii omnis Imperialia beneficia habentes quisquis cum domino suo nisi talento decimo iter redimat, quod annuatim a domino suo habuerat.

14

14. Haec expeditio prius tribus diebus et anno et sex hebdomadi-

beneficiatum in parte Orientali serviant, in Poloniā, Sclaviā et Bohemiā⁷ etc.

⁷⁾ *Thomasius:* an forte legendum ,sine' propter textum Saxonum et Alemannicum.

⁸⁾ *Thomasius:* a servitiis aliis et judicio etc. *ibid.*

⁹⁾ *Freher:* Hi qui sint, exponit vetustissimus autor de Beneficiis § 12: ,Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit, ordinari, secum ibunt de jure sex principes, qui primi sunt in ejus electione, ut pateat Apostolico Regis justa electio¹⁰.

¹⁰⁾ *Thomasius:* Papae.

¹¹⁾ *Freher:* Vetus Autor de beneficiis § 13: ,Ibunt illuc et alii omnes imperialia beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annuatim a domino suo habuerat'.

¹²⁾ *Thomasius:* reddituum (textus Alemannicus).

¹³⁾ *Freher:* Et § 14. ,Haec expeditio prius tribus diebus et anno et sex hebdomadis ante diem expeditionis cuilibet ex justitia erit intimanda'.

von Eyben

in Poloniā, Sclaviā et Bohemiā.

§ XI.

Sex hebdomadibus homo serviat domino suo in⁷ domini expensa, a servitio sex hebdomadibus qui escat postea⁸.

§ XII.⁹

Rex, quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de jure sex Principes, qui primi sunt in ejus electione, ut pateat Apostolico¹⁰ Regis justa electio.

§ XIII.¹¹

Ibunt illuc et alii omnes imperialia beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo¹² iter redimat, quod annuatim a domino suo habuerat.

§ XIV.¹³

Haec expeditio prius tribus diebus, et anno et sex hebdomadi-

Havichorst

bus ante diem expeditionis cui-libet ex iustitia erit intimanda.

15.

Huius seruitii sit terminus cum Rex fuerit ordinatus.

16.

Homo etiam domino suo in hoc serviat, ut beneficiales sententias sibi inueniat cum dominus eguderit ante meridiem in diebus absolutis Quicquid ante meridiem in diebus absolutis inchoatur. id post meridiem et in diebus obseruabilibus terminari licentiatur.

17.

Si quis equum vel huiusmodi aliquid domino suo concesserit et reabuerit vel aliquid perdiderit. in eius seruitio interim non tenetur ex debito eius beneficiali interesse iuri nec seruire aliquid quamdiu non habuerit rectam rationem suae damni.

18.

Domiuus¹⁷ etiamsi suo homini iustitiam nteuerit¹⁸ cum ab eo

von Eyben

bus, ante diem expeditionis cui-libet ex justitia erit intimanda.

§ XV.

Hujus servitii sit terminus, cum Rex fuerit ordinatus.

§ XVI.

Homo etiam domino suo in hoc serviat, ut beneficiales sententias sibi inveniat, cum dominus eguderit ante meridiem in diebus absolutis¹⁴. Quicquid ante meridiem in diebus absolutis inchoatur, id post meridiem et in diebus observabilibus¹⁵ terminari licentiatur.

§ XVII.

Si quis eqvum vel hujusmodi aliquid domino suo concesserit, et non rehabuerit, vel aliquid perdiderit in ejus servitio, interim non tenetur ex debito, ejus beneficiali interesse juri, nec servire aliquid, quamdiu non habuerit rectam rationem¹⁶ sui damni.

§ XIX.

Dominus etiam, si suo homini justitiam renuerit, cum ab eo

I 15

16

17

18

¹⁴⁾ *Thomasius*: i. e. non ligatis i. e. non feriatis (textus Alemannicus). Sed Saxonius ligatas et feriatas dies distingvit.

¹⁵⁾ *Thomasius*: an fastis? ubi sc. observantur judicia, an nefastis? ubi observantur ministeria sacra. Vide du Fresne voce ‚observare‘. Saxonius distinguit.

¹⁶⁾ *Thomasius*: i. e. satisfactionem.

¹⁷⁾ Druckfehler für Dominus.

¹⁸⁾ Druckfehler für tenuerit.

Havichorst

incusatus fuerit in audientia duorum hominum suorum, interim homo renuere servitio domini poterit et beneficiali iuri eius non intersit.

I 19

19.

Beneficio vno possunt inbeneficiari duo quod vnum possessionem habeat et alter successor eius existat, post mortem illius in ipsis bonis.

20

20.

Si haeres beneficialis scilicet filius sibi desit in die obitus manus secunda non habebit beneficia nisi in beneficiis praedecessor eius in die sui obitus ea in sua habuerit Marandia. et dominus quia adhuc vixerit qui eum inbeneficiavit.

21

21.

Dum moritur ille quae bona habuit in possessione qui praedicto malo secundus est in beneficio infra sex hebdomadas et annum vadat ad suum dominum et roget ut confiteatur de concesso sibi beneficio. Quod si faciat non eget testimonio si autem negat dominus homo testificabitur homo tertius.

von Eyben

incusatus fuerit, in audientia duorum hominum suorum, interim homo renuere servitio domini poterit, et beneficiali juri ejus non interesse.

§ XIX.

Beneficio uno possunt inbeneficiari duo, quod unus possessionem habeat, et alter successor eius existat, post mortem illius, in ipsis bonis.

§ XX.

Si heres beneficialis, scilicet filius, sibi desit in die obitus, manus secunda¹⁹ non habebit beneficia, nisi in beneficiis praedecessor eius in die sui obitus ea in sua habuerit warandia²⁰, et dominus adhuc vixerit, qui eum inbeneficiavit.

§ XXI.

Dum moritur ille, qui bona habuit in possessione, qui praedicto modo secundus est in beneficio, intra sex hebdomadas et annum vadat ad suum Dominum et roget, ut confiteatur de concesso sibi beneficio. Quod si faciat, non eget testimonio, si autem negat dominus homini, testificabitur homo tertius.

¹⁹⁾ Thomasius: i. e. expectativam habeas vel gesamte Hand.

²⁰⁾ Thomasius: possessione.

Havichorst

22.

A testimonio abiiciatur, si quis non testatur concessionem se audisse et vidisse.

23.

Cum homo careat possessione qui autem in bonis est possessione, huius stabunt in testimonio omnes, quibus est cognitum quod bona sint eius beneficium.

24.

Pater haereditat in filium possessionem sicut et beneficium propter quod non eget filius, ut demandari bona patris sibi faciat dominus.

25.

Sic et homo carens filio haereditat in dominum possessionem beneficii, sicut et beneficium, nisi dominus concederit alicui expectationem beneficii.

26.

Dominus si concedit homini bona sibi concessa per hoc in his bonis Marandia non erit ei aliena erga dominum suum, Si negat concessum sibi beneficium.

27.

Quidam dicunt quod expectatio beneficii nulli possit concedi

von Eyben

§ XXII.

I 22

A testimonio abjiciatur, si quis non testatur concessionem se audisse et vidisse.

§ XXIII.

23

Cum homo caret possessione, qui autem in bonis est possessione²¹, hujus stabunt in testimonio omnes, quibus est cognitum, quod bona sint ejus beneficium.

§ XXIV.

24

Pater hereditat in filium possessionem sicut et beneficium, propter quod non eget filius, ut demandari²² bona Patris sibi faciat dominus.

§ XXV.

25

Sic et homo, carens filio, hereditat in dominum possessionem beneficii, sicut et beneficium, nisi dominus concederit alicui expectationem beneficii.

§ XXVI.

26

Dominus si concedit homini bona sibi concessa, per hoc in his bonis warandia non erit ei aliena erga dominum suum, si is negat concessum sibi beneficium.

§ XXVII.

27

Quidam dicunt, quod expectatio beneficii nulli possit concedi

²¹) Thomasius: forte legendum: „alter autem in bonis est et possessione“.

²²) Thomasius: an „demonstrari“? vide textum Saxonicum.

Havichorst

absque petitione illius qui possidet beneficium hoc ostendam esse falsum.

I 28

28.

Homo inbeneficiatus manso vel talento cum domino primo sit solutum per alicuius hominis sui obitum. Nonne hic inbeneficiatus homo habebit beneficium quod solutum sit domino cum tamen nullus locus sibi designatus sit ergo maius ius habebit homo in beneficio sibi designato.

29

29.

Si vnum beneficium ab uno domino possessionem carentes dicunt sibi duo (videtur) deesse dictio concessum tempus concessionis ab utroque denominentur et prior concessio testari iudicatur.

30

30.

Dominus cum primo suo homini bona concessa facit demonstrari in audientia duorum hominum suorum statim in eis homo ipsam habet Marandiam quae fuerat domini ante dedemonstracionem²³ beneficii.

31

31.

Cui dominus demonstrare renuit bona quae sibi concessit homo

von Eyben

absque petitione illius, qui possidet beneficium. Hoc ostendam esse falsum.

§ XXIX.

Homo inbeneficiatus manso vel talento, cum domino primo sit solutum per alicujus hominis sui obitum. Nonne hic inbeneficiatus homo habebit beneficium, quod solutum sit domino, cum tamen nullus locus sibi designatus sit? ergo magis jus habebit homo in beneficio sibi designato.

§ XXIX.

Si unum beneficium duo possessione carentes dicunt sibi ab uno domino esse concessum, tempus concessionis ab utroque denominentur, et prior concessio prestare judicetur.

§ XXX.

Dominus cum primo suo homini bona concessa facit demonstrari, in audientia duorum hominum suorum, statim in eis homo ipsam habet warandiam, que fuerat domini ante demonstrationem beneficii.

§ XXXI.

Cui dominus renuit demonstrare bona, quae sibi concessit, homo

²³) Druckfehler für demonstrationem.

Havichorst

accipiat in sua absque demonstratione bona quecunque voluerit quae dominus soluta habuerit.

32.

Si autem dominus cum homo bonis fuit inbeneficiatus villam sibi denominauit vel locum homo non transgredietur illum et homo si per annum et sex hebdomadarum terminum haec bona possiderit dominus eas sibi non mutabit.

33.

Bona quae habet homo in possessione sua et quae non sunt sibi demonstrata haec non haereditat in filium nec sequitur ea in dominum alium tamen in dominum alium sequitur et haereditat in filium homo beneficia quae profectus est querimonia iusta.

34.

Si dominus villa vel vineam iudicium vel decimam vel huiusmodi aliquid integrum concesserit vel omne quod in aliquo solutum habet loco et beneficia omnia sequitur et haereditat quanuis²⁴ demonstratione careat.

35.

In moneta et telonio in vnica vel decima vel huiusmodi ali-

von Eyben

accipiat in sua, absque demonstratione, bona quecunque voluerit, que dominus soluta habuerit.

§ XXXII.

I 32

Si autem dominus, cum homo bonis fuit inbeneficiatus, villam sibi denominavit vel locum, homo non transgredietur illum, et homo, si per annum et sex hebdomadarum terminum hec bona possederit, dominus eas sibi non mutabit.

§ XXXIII.

33

Bona, que non habet homo in possessione sua, et que non sunt sibi demonstrata, hec non hereditat in filium, nec sequitur ea in dominum alium. tamen in dominum alium sequitur, et hereditat in filium homo beneficia, que prosecutus est querimonia iusta.

§ XXXIV.

34

Si dominus villam vel vineam, iudicium vel decimam, vel huiusmodi aliquid integrum concesserit, vel omne quod in aliquo solutum habet loco; hec beneficia homo sequitur et haereditat, quamvis demonstratione careat.

§ XXXV.

35

In moneta et telonio, in vinea vel decima, vel huiusmodi ali-

²⁴⁾ nicht: quamvis.

Havichorst

quo si quis inbeneficiatur illud beneficium in alium dominum sequatur et in filium suum illud haereditat quamvis dominus locum census in potestate habeat et in beneficio quicquid hominibus in censu desiat interim quod dominus habuerit in potestate sua census locum restituat illi damnum propterea prohibeat sibi dominus ne plusquam ponit reddere
hominibus in eo concesserit.

I 36

36.

Si quis prius inbeneficitus fuerit in ipso loco beneficium suum obtineat et inbeneficiatus in postero dominum de restauratione moneat.

37

37.

Homo qui nisi manso vel dimidio sit inbeneficiatus a domino aut qui nisi in loco aliquo sit inbeneficiatus a domino ut annuatim ab eo habeat quod quinque solidos vel plus valeat a testimonio potest abiici in iure beneficiali.

38

38.

Vnam cortem vel iugerum vnum homo solus obtineat per

von Eyben

quo si quis inbeneficiatur, illud beneficium in alium dominum sequitur, et in filium suum illud hereditat, quamvis dominus locum census in potestate habeat et in beneficio: quicquid homini in censu deficit interim, quod dominus habuerit in potestate sua census locum, restituat illi damnum. Propterea provideat sibi dominus, ne plusquam possit reddere, (vel tradere) homini in eo concesserit.

§ XXXVI.

Si quis prius inbeneficiatus fuerit, in ipso loco beneficium suum obtineat, et beneficiatus in postero²⁵ dominum de restauratione moneat.

§ XXXVII.²⁶

Homo nisi manso vel dimidio sit inbeneficiatus a domino, aut, qui in loco aliquo sit, inbeneficiatus a dominio, ut annuatim ab eo habeat, quod quinque solidos vel plus valeat, a testimonio potest abjici in jure beneficiali.

§ XXXIX.

Unam cortem²⁷ vel iugerum unum²⁸ homo solus obtineat per

²⁵⁾ *Thomasius*: i. e. qui postremus investitus est (*textus Saxonicus*).

²⁶⁾ *Freher*: Nec potest esse feudum inferius uno manso, vel saltem dimidio, ut tradit auctor ille de benefic. § 37 et tit. de ordine placitationis § 58.

²⁷⁾ *Thomasius*: villam instructam. Du Fresne.

²⁸⁾ *Thomasius*: forte eine Hufte. Du Fresne voce ‚Jugia‘.

Havichorst

iuramentum si in eos sibi sit possessio tunc non eget testimonio.

39.

Ager vnum multorum potest esse dominorum, ita quod vnum eum habeat ab altero, vnius tamen in hoc erit possessio.

40.

Si quis agricensem accipit, constat quod in illo possessio sua sit siue masculus siue foemina, tamen possessio in hoc esse non iudicetur quicquid violenter possidentur.

41.

Bona quae homo ab aliquo habet domino et ab alio dicat sibi ea, in bonis deficiat si dominus ea non obtinuerit a quo se inbeneficiatum dicit.

42.

Nullus sussipiatur secunda bona ab uno domino si dominus bona resignat aut vendat et eis secundo inbeneficiatus fuerit nisi sex hebdomadas et annum Marandia domino fuerit aliena.

43.

Cuiuscunque beneficia in eius praesentia dominus alteri con-

von Eyben

juramentum, si in eo sibi sit possessio, tunc non eget testimonio.

§ XXXIX.

I 39

Ager unus multorum potest esse dominorum, ita quod unus eum habeat ab altero, unius tamen in hoc erit possessio.

§ XL.

40

Si quis agri censem accipit, constat, quod in illo possessio sua sit, sive masculus sive foemina, tamen possessio in hoc esse non iudicetur, quicquid violenter possidetur.

§ XLI.

41

Bona que homo ab aliquo habet domino, et ab alio dicat sibi ea concessa; in bonis deficiat²⁹, si dominus, a quo se inbeneficiatum dicit, ea non obtinuerit.

§ XLII.

42

Nullus suscipiat secunda³⁰ bona ab uno domino, si³¹ dominus bona resignet aut vendat, et de iis secundo inbeneficiatus fuerit, nisi per sex hebdomadas et annum warandiae domino fuerit aliena³².

§ XLIII.

43

Cujuscunque beneficia in ejus presentia dominus alteri con-

²⁹) Thomasius: i. e. feudum amittit.

³⁰) Thomasius: i. e. secunda vice.

³¹) Thomasius: etiamsi.

³²) Thomasius: i. e. nisi dominus tanto tempore possessione caruerit.

Havichorst

cedit et si haec ille non contradicit nil iuris habeat in beneficiis.

I 44

44.

Si post obitum patris tam diu vivuit filius quod vox eius auditur per quatuor angulos domus attrahit sibi patris beneficia et alienat ea omnibus qui secundi erant in beneficio filius qui non viuere potest.

45

45.

Patris post obitum filius infra sex hebdomadas et annum pro patris beneficiis domino manibus coniunctis suum preebeat dominium et aggreditur illum tam prope quod dominus manus eius suis manibus comprehendere valeat si autem dominus sedeat homo genua flectat ante illum pro preebendo dominium.

46

46.

Quidam dicunt quod etiam debeat quassare manus nonne totum mouetur corpus quando ille suum aggreditur dominium constat ergo ut ibi motio sit manuum.

47

47.

Homo dum domino dominium preebet haec verba non omittat.

von Eyben

cedit, si hec ille non contradicit, nil juris habeat in beneficiis.

§ XLIV.

Si post obitum patris tam diu vivit filius, quod vox ejus auditur per quatuor angulos domus, attrahit sibi patris beneficia et alienat ea omnibus, qui secundi erant in beneficio. Filius, qui non vivit post patrem, non heredat beneficium.

§ XLV.

Patris post obitum filius intra sex hebdomadas et annum pro patris beneficiis domino manibus conjunctis suum prebeat hominium, et aggreditur illum tam prope, quod dominus manus ejus suis manibus comprehendere valeat. Si autem dominus sedeat, homo genua flectat ante illum, pro prebendo hominum.

§ XLVI.

Quidam dicunt, quod etiam debeat quassare³³ manus. Nonne totum movetur corpus, quando ille suum aggreditur dominium? constat ergo, ut ibi motio sit manuum.

§ XLVII.

Homo dum domino hominum prebet, hec verba non omittat:

³³) *Thomasius: movere.*

Havichorst

Domine inbeneficiari a vobis desidero bonis quibus de iure debo pro quibus et nobis meum praebeo dominium prima secunda et tertia iure sicut de iure debo huius rei testimonium pono omnes homines viros astantes.

48.

Si renuerit dominus suscipere hominum illius homo bona absque seruicio habebit pro quibus hominum praebuit nec vnquam eget postea ab illo domino haec bona suscipere quamdiu hominum suorum iuuarium habeat testimonium huius rei quin bona dominus sibi praebeat et in filium suum ea haereditet et homines suos his bonis inbeneficiet.

49.

Secundum enim ius homo obtinuit quod dominus contra iustitiam concedere. Homo secundo neget praebere hominum nisi adreuocandum testimonium.

50.

Dominus nullius hominum recipere renuat nisi illius qui regali clypeo careat.

51.

Dominus omni tempore et ubique hominem debet inbeneficiare dum homo petit beneficium.

von Eyben

Domine, inbeneficiari a vobis desidero bonis, quibus de jure debo, pro quibus et vobis meum prebeo hominum, prima, secunda, et tertia vice, sicut de jure debo; hujus rei testimonium pono omnes homines vestros astantes.

§ XLVIII.

I 48

Si renuerit dominus suscipere hominum illius, homo bona absque servitio habebit, pro quibus hominum prebut; nec unquam eget postea ab illo domino bona hec suscipere, quamdiu hominum duorum vivum habet testimonium hujus rei, quod bona dominus sibi renuit, et in filium suum ea hereditet, et homines suos his beneficiis inbeneficiet.

§ XLIX.

49

Suum enim jus homo obtinuit, quod dominus contra iustitiam concedere renuit. Homo secundo non eget prebere hominum, nisi ad renovandum testimonium.

§ L.

50

Dominus nullius hominum recipere renuat, nisi illius, qui regali clypeo careat.

§ LI.

51

Dominus omni tempore et ubique hominem debet inbeneficiare, dum homo petit beneficium.

Havichorst

cium secundum modum praedictum tamen excusatum habeat dominum homo dum super his sententias quaesierit a suis hominibus et illos inuenire renuant non dominii causa sed secundum ius.

I 52

52.

Si autem suscipit dominus hominum illius illum si vult interrogat quid ab eo habeat cuius partem vel totum denominet statim sed de quo ignorat per noctes 14. inducias si velit habeat quicquid tunc non denominat nil in hoc vterius ab illo domino nihil iuris habeat ad ipsum.

53

53.

Ad ipsum etiam quod denominat si dominus non confitetur tertius suorum hominum illud statim testentur si statim non abundat testimonio ille per quatuor decim noctes sibi dentur induiae statim autem ille in testimonium suum denominet homines domini quotquot desideret ex quibus dominus sibi septem ducat ad induciatum diem non quos dominus velit sed quos homo petit.

54

54.

Si quis praesens sit istorum septem dominus ad induciatum diem illos non ducet sed statim interroget.

von Eyben

cium secundum modum predictum. tamen excusatum habeat dominum homo, dum super his sententias quesierit a suis hominibus, et illi invenire renuant, non domini causa, sed secundum jus.

§ LII.

Si autem dominus suscipit hominum illius, illum, si vult, interrogat, quid ab eo habeat? cuius partem vel totum denominet statim sed de quo ignorat, per noctes XIV. inducias, si velit, habeat. Quicquid tunc non denominat, in hoc ulterius ab illo domino nihil juris habeat ad ipsum.

§ LIII.

Id ipsum etiam quod denominat, si dominus non confitetur, testes suorum hominum illud statim testentur. si statim non abundat testimonio ille, per quatuordecim noctes sibi dentur induiae. statim autem ille in testimonium suum denominet homines domini, quotquot desideret, ex quibus dominus sibi septem ducat ad induciatum diem, non quos dominus velit, sed quos homo petit.

§ LIV.

Si quis presens sit istorum septem, dominus ad induciatum diem illos non ducat, sed statim interroget.

Havichorst

55.

Si quis statim non interrogatus ex his quos debet ducere dominus die defuerit induciato, homo testatus est cum illo ad diem legalem, homo eligat septem cum quibus obtineat bona vel perdat ex denominatis omnibus hos et non alius dominus interroget inter quos si homo cum duobus in testimonio secundum ius proficit bona obtinuit. Quod si non facit perdat aut si ad legale iudicium non veniat cum cuiuslibet.

56.

Simili modo si dominus non venerit homo bona obtinuit tamen absentiam cuiuslibet infirmitas excusabit et captiuitas et regis iustum seruitium sententialiter sibi praeceptum et necessitas terrae teutonicae si impugnatur ab externa gente ad cuius obstaculum si citatur per clamorem praedicto modo insequentium.

57.

Bona sua hominio homo in superiorem dominum sequantur cum dominus suus moriatur aut cum bona resignauerit aut eis ab iudicatus fuerit infra predictum terminum et roget il-

von Eyben

§ LV.

I 55

Si quis statim non interrogatus ex his, quos debet ducere dominus die defuerit induciato, homo testatus est cum illo. Ad diem legalem homo eligat septem, cum quibus obtineat bona vel perdat, ex denominatis omnibus, et hos, non alios, dominus interroget. inter quos si homo cum duobus in testimonio secundum jus proficit, bona obtinuit, quod si non facit, perdit; aut si ad legale judicium non veniat, etiam perdit.

§ LVI.³⁴

56

Simili modo si dominus non venerit, homo bona obtinuit. tamen absentiam cuiuslibet infirmitas excusabit, et captiuitas, et regis justum servitium sententialiter sibi praeceptum, et necessitas terre teutonicae, si impugnatur ab externa gente, ad cuius obstaculum ipse citatus per clamorem.

§ LVII.

Praedicto modo

57

bona sua cum hominio homo in superiorem dominum sequatur, cum dominus suus moriatur aut cum bona sua resignaverit, aut ei ab iudicata fuerint intra predictum terminum, et roget il-

³⁴⁾ Freher: Auctor de Beneficiis ,sententialiter praecipiatur' d. § 9 et § 56 et § 108.

Havichorst

lum vt beneficia in eum trans-
lata ius sibi concedat
vel in alium dominum trans-
mittat a quo ea habeat cum
honore tanto sicut ea habuit
a priore domino.

I 58

58.

Non enim licitum est vt supe-
rior dominus in inferiorem cly-
peum hominem cum suis fa-
ciat declinare beneficiis.

59

59.

Quemcunque superior dominus
infra annum et sex hebdomadarum
terminum cum suis non fa-
cit declinare beneficiis illi ul-
terius alium dominum non ad-
iungat sed beneficia met
sibi concedat.

60

60.

Cum autem moritur dominus
cuius filius adhuc viuit legit-
imus homo illius in filii termino
beneficia non petat a superiore
domino si filius domini termi-
num suum negligat homo se-
cundo termino non careat.

61

61.

Quotquot enim sunt clypei tot
singulares sunt termini cuius-
libet terminus habens annum et
sex hebdomadarum spacium.

von Eyben

lum, ut beneficia in eum trans-
lata secundum jus sibi concedat,
vel in alium dominum trans-
mittat, a quo ea habeat cum
honore tanto, sicut ea habuit
a priore domino.

§ LVIII.

Non enim licitum est, ut supe-
rior dominus in inferiorem cly-
peum, hominem cum suis fa-
ciat declinare beneficiis.

§ LIX.

Quemcunque superior dominus
infra annum et sex hebdomadarum
terminum cum suis non fa-
cit declinare beneficii, illi ul-
terius alium dominum non ad-
iungat, sed beneficia ipsem
sibi concedat.

§ LX.

Cum autem moritur dominus,
cujus filius adhuc vivit legit-
imus, homo illius in filii termino
beneficia non petat a superiore
domino. Si filius domini termi-
num suum negligat, homo se-
cundo termino non careat³⁵.

§ LXI.

Quotquot enim sunt clypei, tot
singulares sunt termini: cuius-
libet terminus habens annum et
sex hebdomadarum spatium.

³⁵⁾ Thomasius: non intuitu filii, ut vult textus Saxonius, sed, ut puto,
intuitu domini superioris.

Havichorst

62.

Terminus hominis ab eo die inchoatur homo qui debit esse suus dominus ipsis bonis in-beneficiatur.

63.

Beneficium antequam dominus suscepit homini quomodo illud concedere poterit.

64.

Puerorum est terminus sex hebdomadarum et decimus tertius aetatis illorum annus tamen infra adolescentiam si egent tutorem habere poterunt.

65.

Adolescentia a duodecim anni incipit et vigesimo quarto desinit.

66.

Tutor alterius esse non poterit qui adolescentiam non transcendit.

67.

Puerorum beneficiales redditus habebit dominus quousque illi ad duodecim annos perueniant.

68.

Infra puerilem terminum pueri se in nullo negligant.

von Eyben

§ LXII.

I 62

Terminus hominis ab eo die inchoatur, quo is, qui debet esse suus dominus, ipsis bonis in-beneficiatur.

§ LXIII.

63

Beneficium enim antequam dominus suscepit, homini quomodo illud concedere poterit.

§ LXIV.

64

Puerorum terminus est sex hebdomadarum et decimus tertius etatis illorum annus. tamen infra adolescentiam, si egent, tutorem habere possunt.

§ LXV.

65

Adolescentia a duodecimo anno incipit, et vigesimo quarto³⁸ desinit.

§ LXVI.

66

Tutor alterius esse non poterit, qui adolescentiam non transcendit.

§ LXVII.

67

Puerorum beneficiales redditus habebit dominus, quousque illi ad duodecim annos perueniant.

§ LXVIII.

68

Infra puerilem terminum pueri se in nullo negligunt.

³⁸) Thomasius: in textu utroque, et Saxonico et Alemannico est ‚vigesimus primus annus‘.

*Havichorst**von Eyben*

I 69

69.

Si dominus credere nolit quod puer duodecim annorum sit hoc affirmabit illius iuramento mundibardius postea non est licitum domino pueri accipere sensum quantumcunque sit iuuenis.

70

70.

Filius post obitum patris si domino ad inbeneficiandum producitur ad non inbeneficietur.

71

71.

Si tutor illius pro eo scilicet beneficiale ius beneficia a domino petit et fideiussorem ponit, si plures sint filii, quod dominum iure beneficiali non impen- trant, pro hoc beneficio accepto, illo solo, quamvis puer infra puerilem inbeneficiatur cetatem³⁷ statim cum beneficia suscepit anniversarius hominum suorum incipit infra quem beneficia sua suscipiant a puero seruant autem superiori domino.

72

72.

Si dominus superior non con- cesserit puero suum quod

³⁷⁾ *Thomasius*: i. e. tutor.

³⁸⁾ *Thomasius*: i. e. redditus secundum art. LXVII.

³⁹⁾ *Thomasius*: Sensus ostendit, articulum hanc connectendum cum versic. primo artic. sequentis. vid. Jus Feudale Saxonum.

⁴⁰⁾ *Thomasius*: forte 'impetent', ut infra § LXXVIII.

⁴¹⁾ *Thomasius*: sensum hujus versiculi cum artic. praecedente docebit textus Saxonius.

⁴²⁾ Druckfehler für aetatem.

⁴³⁾ *Thomasius*: i. e. tempus unius anni et sex septimanarum.

§ LXIX.

Si dominus credere nolit, quod puer duodecim annorum sit, hoc juramento affirmabit illius mundibardius³⁷; postea non est licitum domino pueri accipere censem³⁸ quantumcunque sit juuenis.

§ LXX.

Filius post obitum patris, si domino ad inbeneficiandum producitur, at non inbeneficietur³⁹.

§ LXXI.

Si tutor illius pro eo secundum beneficiale jus beneficia a domino petit et fidejussorem ponit, si plures sint filii, quod dominum jure beneficiali non impen- trant⁴⁰ pro hoc beneficio accepto ab illo solo⁴¹. Quamvis puer infra puerilem inbeneficiatur etatem, statim cum beneficia suscepit, anniversarius⁴² hominum suorum incipit, infra quem beneficia sua suscipiant a puero, serviant autem superiori domino.

§ LXXII.

Si dominus superior non con- cesserit puero jus suum, quod

Havichorst

Aueele⁴⁴ dicitur in beneficio quod nullus habebit in beneficio excepto tute pueri vel puer. Homo habens filium si moriatur infra suum beneficialem terminum, cum adhuc beneficia non suscepere filius beneficio non carebit. Item si aliquius domini filius infra terminum sui hominis moritur homo beneficio non abiudicetur.

73.

Domino non est licitum hominis separare beneficium quod nisi a pluribus habuerit dominus.

74.

Si autem contra iustitiam separatur minor pars maiorem sequatur.

75.

Non etiam nisi ab uno domini filio beneficium unum suscipiat homo quamvis pluribus sit concessum e conuerso dominus tantummodo hominis inbeneficiabit filium.

76.

Cum homo mortuus fuerit infra terminum filiorum in arbitrio sit eorum quis inbeneficietur a domino unanimiter erum

von Eyben

anvelle⁴⁵ dicitur, in beneficio, quod nullus habebit in beneficio, excepto tute pueri vel puer. Homo, habens filium, si moriatur infra suum beneficialem terminum, cum adhuc beneficia non suscepere filius beneficio non carebit. Item si aliquius domini filius infra terminum sui hominis moritur, homo beneficio non abjudicetur.

§ LXXIII.

I 73

Domino non est licitum hominis separare beneficium, nisi quod a plurimis habuerit dominis.

§ LXXIV.

74

Si autem contra justitiam separatur, minor pars majorem sequatur.

§ LXXV.

75

Non etiam nisi ab uno domini filio beneficium suum suscipiat homo quamvis pluribus sit concessum e converso dominus tantummodo hominis inbeneficiabit filium.

§ LXXVI.

76

Cum homo mortuus fuerit infra terminum filiorum, in arbitrio sit eorum, quis inbeneficietur a domino. unanimiter vero si

⁴⁴) Druckfehler für Aueele.

⁴⁵) Thomasius: Gloss. latina ad Saxonicum et germanica.

⁴⁶) Thomasius: adde ‚unum‘, ut contextus ostendit.

Havichorst

vnum non transmiserunt ad dominum dominus inbeneficiet quem eorum velit qui beneficium infra suum terminum secundum ius petierit si secundum licitum et non secundum ius inbeneficiat dominus vnum ex filiis nil noceat aliis.

I 77

77.

Si quis filiorum suum negligat terminum ab illo sit dominus solutus ulterius.

78

78.

Si filius qui ad annos suos pervenerit beneficia secundum ius petit habens fratres infra annos pueriles dominus sibi concedent si prius fideiussorem habeat ne fratres sui iure beneficiali eum pro hoc beneficio impetant cum ad annos eorum perueniant.

79

79.

Dominus eget habere fideiussorem quod puer infra puerilem aetatem se non negligat et dominus non respondebit nisi uno filio pro patris beneficio.

80

80.

Si quis voluerit domino suo bona alienare vel filio vel alicui qui de iure post mortem ea debet habere si ea concedit aut resignat nihil in hoc

von Eyben

unum non transmiserunt ad dominum, dominus inbeneficiet quem illorum velit, qui beneficium intra suum terminum secundum jus petierit. si secundum libitum, et non secundum jus, inbeneficiat dominus unum ex filiis, nil noceat aliis.

§ LXXVII.

Si quis filiorum suum negligat terminum, ab illo sit dominus solutus ulterius.

§ LXXVIII.

Si filius, qui ad annos suos pervenerit, beneficia secundum jus petit, habens fratres infra annos pueriles, dominus sibi concedat, si prius fideiussorem habeat (dederit) ne fratres sui jure beneficiali eum pro hoc beneficio impetant, cum ad annos eorum pervenerint.

§ LXXIX.

Dominus eget habere fideiussorem, quod puer infra puerilem aetatem se non negligat, et dominus non respondebit nisi uno filio pro patris beneficio.

§ LXXX.

Si quis voluerit domino suo bona alienare, vel filio, vel alii alicui, qui de jure post mortem ea debet habere, si ea concedit aut resignat: nihil illi in hoc

*Havichorst**von Eyben*

proficiet si in Marandia ea
obtinuerit usque in infirmitatem
de qua euadet propterea nullus
ab iudicetur beneficio.

81.

Si coecus est vel aliquo careat
membro nec pro infirmitate
aliqua nisi pro lepra leprosus
enim nec beneficia habebit nec
concedere poterit postquam
manifesta fuerit in eo lepra.

82.

Dominus autem eius qui nisi eo
viuente eum priuet beneficiali
iure coram suis hominibus in-
beneficiatis ab eo beneficiale
deest ius.

83.

Plures possunt uno in beneficiari
beneficio ita quod simul
illud suscipiant et aequale ius
in hoc habeant quam diu simul
manserint.

84.

Si autem voluerint ab inuicem
separari absque licentia domini
diuidant inter se secundum
libitum taliter concessum be-
neficium et postea illorum
nullus in parte alterius quam-
uis habebit cum alter obierit
nisi susceperit a domino ex-

proficiet⁴⁷, si in warandia ea
obtinuerit usque in infirmitatem,
de qua evadir.

§ LXXXI.

Propterea nullus
ab iudicetur beneficio,
si coecus est, vel aliquo careat
membro, nec pro infirmitate
aliqua, nisi pro lepra. Leprosus
enim nec beneficia habebit, nec
27.

Cum sic probaverit dominus
tria sua placita, quaerat senten-
tiam super incusati absentia.

28.

Tunc iudicet sententia, quod
ab iudicari debeant incusato
beneficia. Tunc quaerat dominus
suus debeat facere an alias.
Sententia autem doceat, ut hoc
vnus hominum domini faciat
haec verba dicendo. Hic ab-
iudica beneficia incusato, quibus
vsque modo inbeneficiatus fuerit
a meo domino.

29.

Tunc dominus finaliter haec
bona in duorum hominum suo-

von Eyben

monium profecerit⁸⁶ cum illo,
sic ut debet ex debito (de jure).

§ XXIV.

II 24

Si quis per votum domini semel
testetur, secundo non interro-
getur.

§ XXV.

25

Dominus quotquot velit homi-
nes suos inquirat, quousque
testimonium suum perficiat.

§ XXVI.

26

Predicto modo dominus placi-
tum secundum probabit, et ter-
tium, sed ad quodlibet placi-
tum singulares habeat testes.

§ XXVII.

27

Cum sic probaverit dominus
tria sua placita, querat senten-
tiam super incusati absentiam.

§ XXVIII.

28

Tunc judicet sententia, quod
abjudicari debeant incusato.

Tunc querat, dominus
suus debeat facere, an alias.
Sententia autem doceat, ut hoc
unus hominum domini faciat,
hec verba dicendo: Sic ab-
judico beneficia incusato, quibus
usque modo inbeneficiatus fuerit
a domino meo.

§ XXIX.

29

Tunc dominus finaliter hec
bona in duorum hominum suo-

⁸⁶⁾ *Thomasius*: i. e. perfecerit.

Havichorst

rum audientia attrahat ea sibi per nuntium et retineat ea per sex hebdomadas et annum absque redditibus expectans si homo extrahat ea secundum ius, infra quem terminum si incusatus non extraxerit beneficium abiudicetur et praedicto modo omne ius in beneficio.

II 30

30.

Dominus sibi attrahat singuliter beneficia in quolibet loco et villa, ubi autem plures villae attinent uni curiae, curiam pro villa omnibus attrahet sibi dominus.

31

31.

Si autem incusatus infra suum terminum aggreditur dominum ad excusandum sua secundum ius beneficia si se absconderit dominus, aut in urbe fuerit seruatus ne homo beneficii sua excuset, et homo si super hoc testibus abundat coram hominibus domini beneficium extrahat, sicut coram domino debebat.

32

32.

Si autem homo in praesentiam domini veniat primo pro locutione petat, reliquias ut sua excuset beneficia,

von Eyben

rum audientia attrahat sibi per nuncium et retineat ea per sex hebdomadas et annum absque redditibus, expectans, si homo extrahat ea secundum jus. Infra quem terminum si incusatus non extraxerit beneficium, abiudicetur et⁸⁷ predicto modo omne ius in beneficio.

§ XXX.

Dominus sibi attrahat singuliter beneficia in quolibet loco et villa, ubi autem plures villae attinent uni curiae, curiam pro villis omnibus attrahet sibi dominus.

§ XXXI.

Si autem incusatus infra suum terminum aggreditur dominum ad excusandum sua, secundum ius, beneficia; si se absconderit dominus, aut in urbe fuerit servatus, ne homo beneficia sua excuset, et homo si super hoc testibus abundat, coram hominibus domini beneficium extrahat, sicut coram domino debebat.

§ XXXII.

Si autem homo in presentiam domini veniat, primo pro locutionem⁸⁸ petat, deinde reliquias⁸⁹, ut sua excuset beneficia,

⁸⁷⁾ *Thomasius:* lego ,ei'.

⁸⁸⁾ *Thomasius:* delendum videtur ,et, aut loco eius intelligendum: ,tunc'.

⁸⁹⁾ *Thomasius:* Advocatum.

⁹⁰⁾ *Thomasius:* Sanctorum, super quibus juret.

Havichorst

quas si dominus dare renuat,
homo met reliquias adducat super quas iuret, quod sua beneficia non sint sibi taliter abjudicata, ut eorum de iure debeat carere, homo tamen hoc non faciat nisi dominus iustitiam sibi renuat.

33.

Tunc dominus si velit beneficialem intimet diem sententialiter illi ad respondendum sue incusationi. Ad quem si non venerit incusatus, abjudicetur ei in beneficia omne jus; nisi causa necessaria sit eius excusatio, aut in ipsis domini sit servitio.

34.

In die qua homo strepe tenet domino, aut sententiam inuenit aut aliquo sibi seruit, beneficiali iure non astabit domini et etiam do. iustitiam renuerit cum ab homine incusatus fuerit, et quamdiu aliquid perdiderit in eius servitio, de quo sibi desit restauratio.

35.

Tunc domino terminare licetum est quaerimoniam vnius hominis sui per alium,

von Eyben

quas si dominus dare renuat, homo suasmet reliquias adducat, super quas juret, quod sua beneficia non sint sibi taliter abjudicata, ut eorum de jure debeat carere. homo tamen hoc non faciat, nisi dominus iustitiam sibi renuat.

§ XXXIII.

II 33

Tunc dominus, si velit, beneficialem intimet diem sententialiter illi ad respondendum sue excusationi. ad quem si non venerit incusatus abjudicetur ei in beneficia omne ius, nisi ex causa necessaria sit ejus excusatio, aut in ipsis domini sit servitio.

§ XXXIV.

34

In die qua homo strepe⁹¹ tenet domino, aut sententiam invenit, aut aliquo sibi servit,

et etiam dominus justitiam renuerit, cum ab homine incusatus fuerit, et quamdiu aliquid perdiderit in ejus servitio, de quo sibi desit restauratio beneficiali juri non obstat domini⁹².

§ XXXV.

35

Attamen domino terminare licetum est querimoniam unius hominis sui in aliquo beneficio-

⁹¹) *Thomasius: stapiam.*

⁹²) *Thomasius: h. e. non obstrictus est stare in judicio feudali.*

Havichorst

quamvis sit in eius seruitio
vel vnuſ eorum vel ambo.

II 36

36.

Homo cum venerit ad beneficiale
lēm determinatum, diem, in cu
riam in qua dominus pluritat,
neminem introducat, nisi domi
ni sit homo. Quod enim si facit,
domino pro quolibet vadibat,
aut introduxisse se eos iuramen
to expurgabit. Antequam etiam
in praesentia domini veniat, gla
dium, cultellum et calcaria de
ponet Chirothecos exuat et om
ni careat ferro. Pallium exitum
pendeat in humero aut omnino
deponatur.

37

37.

Caput nullo tegatus, cappa
non sit indutus, nec thorace
nec armis aliquibus.

38

38.

Si in aliquo istorum homo se
neglexerit domino vadibat.

39

39.

Id non dico de alio, nisi qui
incusatus est a domino et per
domini incusationem citatus est
ad ius beneficiale.

40

40.

Cum dominus placitum suum
inchoauerit secundum praedic-

⁸³⁾ *Thomasius*: supple ,pileo'.

⁸⁴⁾ *Thomasius*: an vestimenti genus hic intellegitur, an mitra? Confer du
Fresne hac voce.

von Eyben

rum, quamvis sit in ejus servitio,
vel unus eorum vel ambo.

§ XXXVI.

Homo cum venerit ad beneficiale
lēm determinatum diem in cu
riam, in qua dominus placitat,
neminem introducat, nisi domi
ni sit homo. quod enim si faciat,
domino pro quolibet vadibat,
aut introduxisse se eos juramen
to expurgabit. Antequam etiam
in presentia domini veniat, gla
dium, cultellum et calcaria de
ponet, chirothecas exuat, et om
ni careat ferro. Pallium exustum
pendeat in humero aut omnino
deponatur.

§ XXXVII.

Caput nullo tegatur⁸³, cappa⁸⁴
non sit indutus, nec thorace,
nec armis aliquibus.

§ XXXVIII.

Si in aliquo istorum homo se
neglexerit, domino vadibat.

§ XXXIX.

Id non dico de alio, nisi qui
incusatus est a domino, et per
domini incusationem citatus est
ad ius beneficiale.

§ XL.

Cum dominus placitum suum
inchoaverit secundum predic-

Havichorst

tum modum vnum ex suis hominibus accipiat dominus, qui verbum suum loquatur ad incusatum. Cum incusatus primo in presentiam domini venerit dominus illum interrogabit, si venerit taliter ut respondere velit sibi beneficialiter pro quo ille si velit colloquium petat et si possit renuere, renuat. Quod si facere nequeat ad dominum redeat dicens dominus huc veni respondere in quantum deboeo de iure.

41.

Tunc dominus ex iustitia singulariter pro qualibet causa incusabit illum et praecipiat ut super hoc responsum det. Tunc incusatus per locutorem petaset, et mper⁹⁵ roget licentia colloquendi antequam exeat.

42.

Pro locutore careat, si quis in prima accusatione met respondeat.

43.

In omni sermone homo inquiratur si in verbum pro locutoris sui profiteantur. Hominem pro locutoris sui negligentia non damnabit, quamdui in verbum illius confessus non fuerit.

von Eyben

tum modum, unum ex suis hominibus accipiat dominus, qui verbum suum loquatur ad incusatum. Cum incusatus primo in presentiam domini venerit, dominus illum interrogabit, si venerit taliter, ut respondere velit sibi beneficialiter, pro quo ille, si velit, colloquium petat, et si possit renuere, renuat. Quod si facere nequeat, ad dominum redeat, dicens: dominus huc veni respondere, in quantum deboeo de jure.

§ XLI.

II 41

Tunc dominus ex justitia singulariter pro qualibet causa incusabit illum, et precipiat, ut super hoc responsum det. Tunc incusatus prolocutorem petat, et ipse roget licentiam colloquendi, antequam exeat.

§ XLII.

42

Prolocutore careat, si quis in prima accusatione ipsemet respondeat.

§ XLIII.

43

In omni sermone homo inquiratur si in verbum prolocutoris sui profiteatur⁹⁶. Hominem pro locutoris sui negligentia non damnabit, quamdui in verbum illius confessus⁹⁷ non fuerit.

⁹⁵) Druckfehler für petat, et semper.

⁹⁶) Thomasius: i. e. an id approbet.

⁹⁷) Druckfehler für confessus.

Havichorst

Inter differentem sermonem
duorum dominus quaerat quid
iustum sit.

II 44

44.

Si secundum vt non secundum libitum ius quaerat hominem sententia non laedat prior petitia primo procedat sententia, beneficiali iure vt astet renuere poterit homo quandiu incusatus non respondet palam coram domino vel loquatur cum procuratore fruatur. Sed interrogatus a domino respondeat est, non vel colloquium peto. Bartho. ei licentia vt ab eo argu. iniusta sententia.

45

45.

Homo incusatori suo referat, quoties colloquium exeat.

46

46.

Homo vadibit domino pro omni incusatione quae digna est vadio, quam nisi iuramento negauerit.

47

47.

Tum interdum dominus proponit incusationes quae non sunt vadio dignae sicut tropiloquia,

von Eyben

Inter differentem sermonem
duorum dominus querat, quid
justum sit.

§ XLIV.

Si secundum libitum non secundum jus querat, hominem sententia non ledat; prior petitia primo procedat sententia. Beneficiali jure ut astet, renuere poterit homo, quamdiu incusatus non respondit. Palam coram domino non loquatur, cum procuratore suo, sed interrogatus a domino respondeat: Est, non, vel colloquium peto. Habet etiam licentiam, ut sententia ab eo injusta arguatur.

§ XLV.

Homo incusatori suo referat⁹⁸, quoties⁹⁹ colloquium exeat.

§ XLVI.

Homo vadibit domino, pro omni incusatione, que digna est vadio, nisi quam juramento negaverit.

§ XLVII.

Tum interdum dominus proponit incusationes, que non sunt vadio digne, sicut tropiloquia¹⁰⁰,

⁹⁸) *Thomasius: supple ,responsum'.*

⁹⁹) *Thomasius: supple: ,ad'.*

¹⁰⁰) *Thomasius: an cantus intelliguntur in contumeliam alicujus facti? (vide du Fresne voce ,tropus') an locutiones ambigui et dubii sensus? An forte legendum ,turpiloquia?*

Havichorst

quia in opprobrium domino locutus fuerit homo et hoc audet iuramento affirmare domino suo per hoc non tenetur vadiare.

48.

Pro omni causa homo vadiabit domino per quam opprobrium ei intulerit aut damnum aut si aliquid loquitur vel egerit in benefi. iure super id quod debuit.

49.

Si aliquis inaccipit homini bona sui domini, et illum si iusta non prosequitur querimonia non vni intimauerit suo do. haec causa est vadio.

50.

Et si quis exponit sua beneficia absque domini licentia dominus illi sententialiter praecipiat, vt ea infra sex hebdomadas redimat quod si non fecerit, domino vadiabit.

51.

Si homo iniuriatur ho. in bonis domini sui aut aliquid laeserit, facto vel verbo qui fuerit in domini seruicio, vel si iniuria tur hominibus bona domini ab eo habentibus, aut natis ad bona,

von Eyben

quia si in opprobrium domini locutus non fuerit homo et hoc audet juramento affirmare, domino super hoc non tenetur vadiare.

§ XLVIII.

II 48

Pro omni causa homo vadiabit domino, per quam opprobrium ei intulerit aut damnum, aut si aliquid loquitur vel egerit in beneficiali jure super id quod debuit¹⁰¹.

§ XLIX.

49

Si aliquis ademit homini bona sui domini, et illum is justa non prosequitur querimonia, vel non intimaverit suo domino, hec causa est vadio.

§ L.

50

Et si quis exponit¹⁰², sua beneficia absque domini licentia, dominus illi sententialiter praecipiat, ut ea infra sex hebdomadas redimat, quod si non fecerit, domino suo vadiabitur.

§ LI.

51

Si homo injuriatur homini, qui fuerit in domini servitio, in bonis domini sui, aut aliquid leserit facto vel verbo; vel si injuria tur hominibus, bona domini ab eo habentibus, aut natis ad bona,

¹⁰¹⁾ *Thomasius*: i. e. si locutus est vel egit quod non debuit.

¹⁰²⁾ *Thomasius*: i. e. pignori tradit.

Havichorst

et laesus si quaerimonia iusta ac-
torem coram domino
prosequitur, domino pro his
causis vadiare iudicetur sed suo
homini, homo non respondebit
coram domino suo, nisi probe-
tur quod coram suis homini-
bus iusticiam illi renuerit, do-
minus non nisi praeductae cau-
sae offensionis, iudex erit laesi
sui hominis.

II 52

52.
Si homo se mungit aut sputit, vel
tussit, aut stertit aut si stertit
in alia parte sui prolocutoris
quam fuerit in primis vel sese
tergit vel circumspicit vel mus-
cas ne eum laedant depellit, pro
huiusmodi causis non vadiabit
domino, quamvis tamen in hoc
quorundam erret opinio.

53

53.
Decem talenta domino vadiabit
homo, sed princeps de beneficio
principali centum talenta va-
diabit regi.

54

54.
Homo domini habebit satisfac-
tionem secundum suam natio-
nem et satisfactio: et vadium
ad domum proximam domini ab
illo loco in quo acquiratur, per
quatuordecim noctes solvatur.

von Eyben

et si Iesus querimonia justa ac-
torem (autorem) coram domino
prosequitur, is domino pro his
causis vadiare iudicetur. Sed suo
homini homo non respondebit
coram domino suo, nisi probe-
tur, quod coram suis homini-
bus justitiam illi renuerit. Do-
minus non nisi predicte cau-
se offensionis judex erit lesi
sui hominis.

§ LII.

Si homo se mungit aut sputit, vel
tussit aut sternutat, aut si steterit
in alia parte sui prolocutoris,
quam fuerit in primis, vel sese
tergit, vel circumspicit, vel mus-
cas, ne eum ledant depellit; pro
hujusmodi causis non vadiabit
domino: quamvis tamen in hoc
quorundam erret opinio.

§ LIII.

Decem talenta domino vadiabit
homo, sed princeps de beneficio
principali centum talenta¹⁰³ va-
diabit regi.

§ LIV.

Homo domini habebit satisfac-
tionem secundum suam natio-
nem¹⁰⁴, et satisfactio et vadium
ad domum proximam domini ab
illo loco, in quo aquiritur per
quatuordecim noctes solvatur.

¹⁰³⁾ *Thomasius*: i. e. libras seu marcas. du Fresne.

¹⁰⁴⁾ *Thomasius*: id est conditionem generis et familiae. Germ. ,Geschlechte'. du Fresne.

*Havichorst**von Eyben*

55.

Homo absque licentia non sedeat in domini praesentia sed cum debilitatus iaceat, et iuramentum addet si dominus credere nolit, quod necessitas eum iacere compulerit, non nisi tria vadia uno die vadiabit domino. Pro qualibet incusatione tria habebit colloquia, donec vocetur tribus vicibus a nuncio domini.

56.

Curiam in qua dominus placitat incusatus non exeat quamdiu dominus suum non terminaverit placitum.

57.

Quilibet homo domini alterius sententiam arguat, qui in regali clypeo non deficiat.

58.

Argutor si quinque solidos vel manso dimidio non est inbene- ficiatus a domino fideiussorem ponat si in sententiam deficiat vadium detur domino et homini quem arguit satisfactio nullus pro illo fidiubebit qui non a do. inbeneficiatus sit.

59.

Homo cum sententiam arguit, quam iniustam esse credit alte-

§ LV.

II 55

Homo absque licentia non sedeat in domini presentia, sed, cum debilitatus, jaceat, et juramentum addat, si dominus credere nolit, quod necessitas eum jacere compulerit. Non nisi tria vadia uno die vadiabit domino. Pro qualibet incusatione tria habebit colloquia, donec vocetur tribus vicibus a nuncio domini.

§ LVI.

56

Curiam, in qua dominus placitat, incusatus non exeat, quamdiu dominus suum non terminaverit placitum.

§ LVII.

57

Quilibet homo domini alterius sententiam arguere¹⁰⁵ potest, si in regali clypeo non deficit.

§ LVIII.¹⁰⁶

58

Argutor si quinque solidis vel manso dimidio non est inbene- ficiatus a domino, fideiussorem ponat. Si in sententia deficiat, vadium detur domino, et homini, quem arguit, satisfactio. Nullus pro illo fidejubebit, qui non a domino inbeneficiatus sit.

§ LIX.

59

Homo cum sententiam arguit, quam injustam esse credit, alte-

¹⁰⁵) *Thomasius*: id quod hodie appellare dicimus.

¹⁰⁶) *Freher*: Nec potest esse feudum inferius uno manso, vel saltem dimidio, ut tradit auctor ille de benefic. § 37 et tit. de ordine placitationis § 58.

Havichorst

ram inueniat si dominus iubeat et si dominus eum incusauerit quod causam iustitiae non fecerit quod arguerit sententiam sed ad protrahendam iustitiam homo iuramentum adhibebit quod non nisi iustitiae causa fecerit.

II 60

Homo sic loquatur cum ab eo sententia arguatur si tu sic vocaris N. et es id quod appellaris, tunc nisi et tibi iniustum beneficiale inuenisti sententiam hanc arguo et super hoc appello, et quaero super hanc sententiam quo cum ea tendere debeam et ad quem et locum et infra quod tempus.

61

91.¹⁰⁹

Tunc iudicetur quod illius beneficii superior do. argutae sententiae iudex esse debeat ad quem vadant ambo, et homines domini duo cum illis mittantur ut sint testes qualiter terminata fuerit sententia pro qua est discordia.

62

62.

Dominus autem missis expensam debit nuntiis quibus panis et

von Eyben

ram inveniat, si dominus jubeat. Et si dominus eum incusaverit, quod causam justitiae non fecerit, quod arguerit sententiam, sed ad protrahendam justitiam, homo juramentum abhibebit, quod non nisi justitiae causa fecerit.

§ LX.

Homo, cum ab eo sententia arguitur, seic¹⁰⁷ loquatur: Si tu sic vocaris N. et es id, quod appellaris, tunc mihi et tibi injustum invenisti beneficiale sente-

ntiam¹⁰⁸, quo cum ea tendere debeam? Et ad quem locum, et infra quod tempus.

§ LXI.

Tunc judicetur quod illius beneficii superior dominus argute sententie iudex esse debeat, ad quem vadant ambo et homines domini duo cum illis mittantur, ut sint testes, qualiter terminata fuerit sententia, pro qua est discordia.

§ LXII.¹¹⁰

Dominus autem missis expensam debet nunciis, quibus panis et

¹⁰⁷⁾ Druckfehler für sic.

¹⁰⁸⁾ Zeilensprunglücke. — Thomasius: supple: ,quaero igitur'.

¹⁰⁹⁾ Druckfehler für 61.

¹¹⁰⁾ Freher: Ut et cum vasalli ad dominorum instantiam curiam habent, id est, judicium feudale exercent, a domino pascuntur. De quo late Auctor ille de beneficiis tit. de ordin. placit. § 62.

Havichorst

ceruisia datur absque mensura et tria conue. fercula in comedionem singula, et briarium vini et sufferabuntur eorum equi in anterioribus pedibus.

63.

Duo fercula dentur servientibus et quinque manipuli singulis, ad diem et noctem equis, sex erunt eis serui, octo autem equi Hi infra triduum ad superiorem dominum ire incipient et sententiam prius sex hebdomadas reducant.

64.

Si autem superior dominus defuerit teutoniae tempore terminandae sententiae, cum primo teutoniam intrasse cognoscitur, ab illo die sententia educatur, infra sex hebdomadas domino ad hunc diem incusatus homo responsurus veniat sicut in priori faciebat si sibi intimatur a domino sententialiter et ordine praedicto.

65.

Omnis suprascriptio de vulgari tractat beneficio.

66.

Adhuc distinguam tria beneficiorum genera, quae quantum a

von Eyben

cerevisia datur absque mensura et tria convenientia fercula in comedionem singula et briarium¹¹¹ vini, et sufferabuntur eorum equi in anterioribus pedibus.

§ LXIII.

II 63

Duo fercula dentur servientibus, et quinque manipuli singulis ad diem et noctem equis. Sex erunt eis servi, octo autem equi. Hi infra triduum ad superiorem dominum ire incipient, et sententiam prius sex hebdomadas reducant.

§ LXIV.

64

Si autem superior dominus defuerit Teutonie tempore terminande sententie, cum primo Teutoniam intrasse cognoscitur, ab illo die sententia educatur infra sex hebdomadas. Homo incusatus ad hunc diem veniat, domino responsurus, sicut in priori faciebat, si sibi intimatus a domino sententialiter, et ordine predicto.

§ LXV.

65

Omnis supra scriptio de vulgari tractat beneficio.

§ LXVI.

66

Adhuc distinguam tria beneficiorum genera, que quantum a

¹¹¹⁾ *Thomasius*: mensuram. Du Fresne voce ‚Bria‘.

Havichorst

vulgari differant audietis in sequenti.

II 67

67.

Iudicandi beneficium non descendit in quartam manum, nisi sola praefectura, quae super iudices habet iura.

68

68.

Dum iudex incusatur ab aliquibus, Iudex super iudicem erit praefectus, nec aliquid potest concedere alteri iudicium concessum sibi, nisi singulare sit iudicium quod in illud pertinet, hoc saltem solutum non habeat.

69

69.

Et si quis proprietate alterius inbeneficiati, illam de iure in haeredem non sequatur nec in aliquem alium tamen proprietatis beneficium vsque in sextam manum descendit, quorum nullus alteri poterit renuere beneficio excepto supremo domino.

70

70.

Item et dominus qui proprietatem suam concessit hominibus libere si eguerit resumere poterit eam ex quo cum bonis Imperialibus illam restituat hominibus modo beneficii.

von Eyben

vulgari differant, audietis in sequenti.

§ LXVII.

Judicandi beneficium non descendit in quartam manum, nisi sola prefectura, que super judices habet jura.

§ LXVIII.

Dum judex incusatur, ab aliquibus judex super judicem erit prefectus, nec quis potest concedere alteri judicium concessum sibi, nisi singulare sit iudicium, quod in illud pertinet, hoc saltem solutum habet.

§ LXIX.

Si quis proprietate alterius inbeneficiatus est, illum de jure in heredem non sequatur, nec in aliquem alium. tamen proprietatis beneficium usque in sextam manum descendit, quorum nullus alteri poterit renuere beneficium, excepto supremo domino.

§ LXX.

Item dominus qui proprietatem suam concessit hominibus libere, si eguerit, resumere poterit eam: ex quo cum aliis bonis imperialibus illam restituat hominibus pro modo beneficii.

*Havichorst**von Eyben***DE VRBANO BENE-FICIO.****1.**

In secundam manum non descendit vrbanum beneficium nisi tantum si vrbanus alicui beneficium concedat huiusmodi beneficiali iuri homo ab illo domino in hoc beneficio fruatur sed in alium dominum non sequatur.

2.

Vrbanus nisi tenetur seruire domino sed in vrbe debet morari et contra aduersitates eius eam tueri et vrbanus sententias inueniat do. *dum egeat.*

3.

Vrbanum placitum dominus non habebit nisi in suis vrbibus ad quod sententias nemo inueniat nisi vrbanum beneficium a domino habeat et super vrbanum benefi. *non nisi vrba-ni ferant testimonium.*

4.

Nullus e contrario de vrbanio beneficio super vulgari habentem beneficium sententias inueniat nec perficiat testimonium de quolibet alio benefi-

DE URBANO BENE-FICIO.**§ I.****III 1**

In secundam manum non descendit urbanum beneficium, nisi tantum si urbanus alicui beneficium concedat. hujusmodi beneficiali jure homo ab illo domino in hoc beneficio fruatur, sed in alium dominum non sequatur.

§ II.**2**

Urbanus non tenetur servire domino, sed in urbe debet morari et contra adversitates ejus eam tueri, et urbanas sententias inveniat, dum dominus egeat.

§ III.**3**

Urbanum placitum dominis¹¹² non habebit, nisi in suis urbibus, ad quod sententias nemo inueniat, nisi urbanum beneficium a domino habeat, et super urbnum¹¹³ beneficium non nisi urbanii ferant testimonium.

§ IV.**4**

Nullus e contrario de urbano beneficio super vulgare habentem beneficium sententias inueniat, nec perficiat testimonium de quolibet alio benefi-

¹¹²⁾ Druckfehler für dominus.

¹¹³⁾ Druckfehler für urbanum.

Havichorst

cio excepto urbano quod homo per ho. suscepert et Marandia habuerit sententias inueniat et perficiat testi. quilibet idoneus super inbeneficiatum alium.

III 5

5.

Vrbs pateat incusato ad introitum in qua domini est placitum inclusis portis homo sententias non inueniat do.

6

6.

Pro duabus tantummodo causis urbano domino licet habere placitum.

7

7.

Si urbanus contra eum perfide egerit aut urbem in necessitate non protegit si dominus placitat sub urbano pro hujusmodi delicto illimet vel in eins¹¹⁴ curia hoc placitum intimabit ex eius iustitia et prosequetur ipsum secundum ordinem praedictum.

8

8.

Si autem do. urbanum urbano abiudicauere benefi. et illud non¹¹⁵ excusauerit iuramento, Urbanus infra sex hebdomadarum tempus ulterius non

von Eyben

cio, excepto urbano, quod homo per hominum suscepit, et in warandia habuerit sententias inveniat et perficiat testi: quilibet idoneus super inbeneficiatum alium.

§ V.

Urbs pateat incufato¹¹⁴ ad introitum, in qua domini est placitum. inclusis portis homo sententias non inveniat domino.

§ VI.

Pro duabus tantummodo causis urbano domino licet habere placitum.

§ VII.

Si urbanus contra eum perfide egerit, aut urbem in necessitate non protegerit. si dominus placitat sub urbano pro hujusmodi delicto, illimet vel in ejus curia hoc placitum intimabit ex ejus justitia, et prosequatur ipsum secundum ordinem predictum.

§ VIII.

Si autem dominus urbano urbanum abjudicaverit beneficium, et illud non excusaverit iuramento urbanus, infra sex hebdomadarum tempus, ulterius non

¹¹⁴⁾ Druckfehler für incusato.

¹¹⁵⁾ Druckfehler für eius.

¹¹⁶⁾ Druckfehler für illud non.

Havichorst

est licitum vt abiudicatum si-
bi excuset beneficium.

9.

Si vrbanus in urbana curia non manserit vt debet ex iustitia, dominus sententialiter illo praecipiet vt in vrbem mansurus redeat et hoc intimet illimet vel in eius curiam per nuncium in audiencia duorum urbanorum Qui si infra sex hebdomadas non reuertitur, Vrbanum beneficium sibi abiudicabitur. Si autem infra sex hebdomadas ille semel pernoccaverit in vrbe et super hoc abundat testimonio aut si causa idonea sit suaee absenteiae excusatio tunc si vrbanum non abiudicabitur beneficium.

10.

Vrbs si destruitur, aut per domini paupertatem, aut negligentiā dilabitur aut si fuerit deleta sententialiter iniuriarum causa, quarum vrbanus actor non fuerit vrbano beneficio propterea non carebit.

11.

Sed vrbanum pro vulgari beneficium sit illi quo ad vsque vrbs fuerit redificata et portis et munimum ne vndique firmata tamen vrbem redificari non est licitum quam sententia destruxit iniuriati.

von Eyben

est licitum, ut abjudicatum si-
bi excuset beneficium.

§ IX.

III 9

Si urbanus in urbana curia non manserit, ut debet ex justitia, dominus sententialiter illi precipiat, ut in urbem mansurus redeat, et hoc intimet illimet, vel in ejus curiam per nuncium in audiencia duorum urbanorum. qui si infra sex hebdomadas non revertitur, urbanum beneficium sibi adjudicabitur. si autem infra sex hebdomadas, ille semel pernoccaverit in urbe, et super hoc abundat testimonio, aut si ex causa idonea sit sue absentie excusatio, tunc sibi urbanum non abjudicabitur beneficium.

§ X.

10

Urbs si destruitur, aut per domini paupertatem aut negligentiā dilabitur, aut si fuerit deleta sententialiter iniuriarum causa, quarum urbanus autor non fuerit, urbano beneficio propterea non carebit.

§ XI.

11

Sed urbanum pro vulgari beneficium sit illi, quoad usque urbs fuerit reedificata et portis et munimentis undique firmata. tamen urbem reedificari non est licitum, quam sententia destruxit iniuriati.

Havichorst

III 12

12.

Homo non exequitur beneficium
in bonis, quae suscepit per
nuncium¹¹⁷ salvo honore suo.

13

13.

Homo pro debito domino acci-
piet vadium aut conqueratur de
hoc in iudicio super illum. Si
eum primo iusta prosecutus
fuerit querimonia coram suis
hominibus et si iustitiam illi
renuerit dominus inbeneficiali
esset iure pro hoc facto non
iudicetur vadiare domino.

14

14.

Domiuus¹¹⁸ etiamsi suo homini
vim intulerit aut *eum* spolia-
uerit, et si praedicto modo do-
minum persecutus fuerit homo
in iudicio veniet spolium con-
queratur super dominum et ille
se defendat et in hoc contra
fidem suam nihil faciat quam-
uis domino non contradixerit
suum hominium nec resignauerit
beneficium.

15

15.

Si contradicit domino homini-
um suum homo domino sit
solutum quod ab eo habuit be-
neficium do. e contrario
perdat beneficium quod ab eo
habet homo si homini contra-

von Eyben

§ XII.

Homo non exequitur beneficium,
in bonis, que suscepit per
nuncium, salvo honore suo.

§ XIII.

Homo pro debito domini acci-
piat vadium, aut conqueratur de
hoc in judicio super illum. si
eum primo justa prosecutus
fuerit querimonia coram suis
hominibus, et justitiam ei re-
nuerit dominus, si in beneficiali
esset jure, pro hoc facto non
judicetur vadiare domino.

§ XIV.

Dominus etiam si suo homini
vim intulerit, aut *eum* spolia-
uerit et predicto modo domi-
num persecutus fuerit homo, si
in iudicio veniens spolium con-
queratur super dominum et ille
se defendat, in hoc contra
fidem suam nihil faciat, quam-
vis domino non contradixerit
suum hominium, nec resignaverit
beneficium.

§ XV.

Si contradicit¹¹⁹ domino homini-
um suum homo, domino sit
solutum, quod ab eo habuit be-
neficium. dominus e contrario
perdat beneficium, quod ab eo
habet ho-

¹¹⁷⁾ Druckfehler für nuncium.

¹¹⁸⁾ Druckfehler für Dominus.

¹¹⁹⁾ Thomasius: i. e. denegat.

*Havichorst**von Eyben*

dicit et homo si statim a superiori domino petit secundum ius illud beneficium vel quod transmittatur in do. alium a quo ius habeat cum honore a priore domino.

16.

Non nisi in persona propria contradicat ex iust. homo do. et ille e conuerso nullo facto neuter eorum noceat alteri infra spacium noctis et vnius diei.

17.

Homo si petit a do. Duca. et ei contradicat ho. et hoc se dare do. renuat, tres homines domini in testimonium ponat et tum ad urbem domini proximam vel curiam do. suum contradicat ho. in audiencia desuper manentium vel ad placitum principi. et resignet coram eo do. benefi. huius facti egeat homo vt testi. habeat.

18.

Sed si homo negauerit in posterio quod contradixerit domino, non est licitum hoc testari si ille audet adhibere iuramentum.

mo¹²⁰, si statim a superiori domino petit secundum jus illud beneficium, vel quod transmittatur in dominum alium, a quo jus habeat cum honore a priore domino.

§ XVI.

III 16

Non nisi in persona propria contradicit ex justitia homo domino et ille e converso. Nullo facto neuter eorum noceat alteri infra spatium noctis et unius diei.

§ XVII.

17

Homo si petit a domino ducatum¹²¹, ut ei contradicat hominum, et hoc se dare dominus renuat, tres homines domini in testimonium ponat, et tum ad urbem vel curiam domini proximam domino suum contradicat hominum in audiencia desuper manentium, vel ad placitum principum, et resignet coram eo domino beneficium. hujus facti eget homo, ut testimonium habeat.

§ XVIII.

18

Sed si homo negaverit in posterio, quod contradixerit domino, non est licitum hoc testari, si ille audet adhibere iuramentum.

¹²⁰) Zeilensprunglücke.

¹²¹) Thomasius: i. e. salvum conductum.

Havichorst

III 19

19.

Tamen si sententialiter homo et secundum ius beneficiale solutus fuerit a do. hoc testabitur potius dominus quam neget homo.

20

20.

Postquam sic do. hominum contradixit homo non erit ei noxius infra sex heb. tempus similiter do. faciat contradicat.

21

21.

Omnem beneficij ordinem exposui. Quidam tamen fingunt plura benefi. quia esse quae ad tempus definiunt unde *quandiu simul meneant*¹²² do. et homo et secundum quod deficiat cum clypeo et quod ad manum alterius, alicui dominus se dicit concessisse homini et beneficium quod deficiat cum domino manserit in illo.

22

22.

Omnis concessio ad tempus conditionaliter est reprobabilis, propterea detestemur haec omnia.

von Eyben

§ XIX.

Tamen si sententialiter homo, et secundum jus beneficiale solutus fuerit a domino, hoc testabitur potius dominus, quam neget homo.

§ XX.

Postquam sic domino hominum contradixit homo, non erit ei noxius infra sex hebdomadum tempus, et similiter dominus faciat, si contradicat hominio.

§ XXI.

Omnem beneficij ordinem exposui. quidam tamen fingunt, plura beneficia esse, que ad tempus deficiant (seu in certo termino finiantur) sicut beneficium clypei (seu scuti) quod deficiat cum clypeo; et quod ad manum alterius alicui dominus se dicit concessisse homini, et beneficium, quod deficiat, cum homo manserit in illo, ¹²³omne enim concessum beneficium non nisi sententialiter homini adjudicatum fuerit erga dominum, qui illud concessit.

§ XXII.

Omnis concessio ad tempus conditionaliter est reprobabilis; propterea detestemus hec omnia.

¹²²⁾ Druckfehler für maneant.

¹²³⁾ Vgl. *Havichorst am Schluß von III 23.*

*Havichorst**von Eyben*

23.

Dominus quoque si promissa ex-
torqueat ab homine non per be-
neficium. Sed non debet de iure
¹²⁴⁾ omne enim concessum benefi-
cium non nisi sententialiter ho-
mini abiudicatur fuerit erga do-
minum qui illud concessit.

III 23

FINIT LIBER DE FEODIS
SIVE FEVDIS ORDINE
PLACITATIONIS
ET VRBANO BENEFICIO.

FINIS.

¹²⁴⁾ Vgl. von Eyben am Schluß von III § XXI.